



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.7. Ecce mulier. Non vult Euangelista, vt oculos in fercula conijciamus, quibus Pharisæus Domino seruit, sed in illa, quæ peccatrix adfert Christo placitura.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

Ierem. 18.
IV.
Probatur
ex simili-
tudine
figuli.

gratum & elaboratum, sicut Deus eo residet ani-
mo, ut animam ream emundet, & gratis sui do-
nisque expoliat formosissimam. Hoc indicavit
quando declaraturus vati suo Ieremæ, qualiter
nobiscum ageret ei præcepit, ut in domum des-
cenderet figuli, & attento oculo menteque sedu-
la quid ageret, ipse penderet. Descendit Pro-
pheta & figulum reperit rotæ insidentem lutum
manibus arripientem, cui totum suum impende-
bat studium, & in illud oculos suos dirigebat pe-
des, manus, digitos laborando, formando, & repa-
rando, attendit illum Propheta, & ecce ad eum
sic Dominus. Viden' o' Propheta, quo studio ego
in efformando homine laboro? quidquid enim
habeo, curro & cogito, ad eum videtur selummo-
do tendere, eumque complecti: nec à vero aber-
ramus: si namque cælos creavit, & motu mouet
continuo, ut nec puncto quidem à motu desi-
stant: si stellis & sideribus expoluit: si cælestia
illis inseruit luminaria maiora & minora: si ter-
ram fundavit, & plantas, herbas, fontemque in ea
produxit: si disposuit illis quid agerent, & suis
angelis ministeria: si Apostolos, elegit, designavit
discipulos, instituit Sacramenta, si descendit de
cælis, si carnem assumpsit humanam, si vixit in
mundo, si passus, si mortuus est in illo, hæc omnia
in nostrum tendunt beneficium, nostraque in-
tendit ipse saluationi.

Ho. 1. cit.
ac symbo.

Perpendit D. Chrysof. quod D. Marcus decla-
raturus quam firmiter Christus Dominus noster
ad dexteram sit Patris in cælo, quo ascendit, sic
Marc. 16. ait: *Sedet à dextris Dei.* Et hoc ipsum confitemur,
19. quando in symbolo idem dicimus: est enim per-
petua continua & sublimissima eius gloria, ut nec
punctum admittat contemptus, dedecoris, aut
intermissionis. Illo ergo eodem verbo voluit
Dominus à Propheta declarari quam sincerè &
feruenter nostram intendat salutem, nobisque
suae communicet dona misericordiae: *Sedet bit con-*
fians & emundans argentum: ut non videatur ea
diligentiùs curare, quæ propriam spectant glo-
riam, quam id, quod in nostrum commodum
benumque sedulus operatur. Porro nos quam
leuiter & perfunctorie ea quæ eius spectant ob-
sequium exequimur! Quam illa postremo cura-
mus loco postquam mundo nostrisque lucris
perfectè satis fecimus? Missam audimus ita cele-
riter, ut si Sacerdos vel parum hæreat, nobis sit
molestum. Confessionem instituis ut festinatam
ut prius peccata dixeris, quam ea deploraueris.
Sacra Sinaxis sumptio adeo propeta, ut adhuc
retinens species sacramentales in ore, ad fabulas
te conuertas, & nauaque diuerticula: & nunquam

V.
Nos no-
stra ne-
gotia se-
dulo, Dei
vero ne-
ligenter
agimus.

Dei negocia peragis, nisi prius tua perfeceris.
Hæc igitur ratio dicitur, ob quam Saluator no-
ster ingressus domum Pharisæi resederit & dis-
cubuerit: quia data opera se collocat: ut in rota
potentia suæ & misericordiae, lutum assumat mu-
lieris peccatricis, ut illam elaboret & effingat vas
adeo pretiosum, ut de ea canat Ecclesia.

In vas translata gloria.
De vase consumpta. *Et postea videbimus.*

S. 7. Ecce mulier. Non uale Euangelista, ut
oculos in fercula conijciamus, quibus Phari-
sæam Domino seruis, sed in illa, qua peccatrix
adfert Christo placitura.

EX prædictis inferitur magna Euangelistæ 17
sapientia quam primum enim nobis retulit
Christum acceptasse conuiuia, ingressum
in domum Pharisæi & resedisse ad prandiu: nos
toga ut oculos reflectamus in aduenientem mu-
liercm peccatricem. *Et ecce mulier.* Nec apicem
hic prætereamus: etenim minimis eorum maxi-
ma comprehendit mysteria. Enucleamus duas il-
las litteras coniunctionis. Et ascendit Dominus, 77
tu uero oculos conuerte ad mulierem. Quid hoc
Cur nos
est Euangelista sanctissime? Dixisti nobis à Pha-
risæo sæpius Christum importunè fuisse ad eos
nam inuitatum, quodque tandem Christus con-
uiuium acceptauerit, eoque animo ædes illius ac-
cesserit & ad mensam coniuua resederit. Numquid
ratio suaderet, nobis ipse proponeres quænam
fuerint fercula, qui nam missus ad mensam illam
expositi? Nam procul tubio cum homo potens &
opulentus tanto desiderio optasset & procurasset
ut Dominus in illa recumberet, exquisita esse de-
buerunt fercula & opipara. Nobis au ergo locum
non tribues ut oculis nostris totam hæc percure-
ramus mensam, ornatum eius attendentes & dis-
positionem? An nobis non insinuabis quinam
fuerint conuiuae: nam nobis indicasti plures ad-
fuisse (qui simul discubebant) quodque personæ
fuerint ceteris honoratiores? Quam primum Sal-
uator noster recubuit ilico nos adiuones ut illo
reflectamus oculos, quo uenit mulier peccatrix:
Et ecce mulier.

II.
Nouerat Euangelista (sic credit Diuus Petrus
Chrysolog.) intentionem Saluatoris acceptantis
Qua in-
conuiuium: eam scilicet non fuisse ut dapibus se tentio ne
farcinaret delicatioribus quibus mensa Pharisæi Christus
redundabat, sed illis se recrearet quas mulier ad men-
peccatrix illi esset in cordis sui disco prolatura. iam re-
Hoc nerit.

Hoc igitur principale est epulum, quod ipse pretendit, & cibus maxime delicatus cordis palato latissimè, & ut hoc velatur, ad mensam residet: hinc tu festioni conunge huius mulieris inspectionem: iam enim venit adferens festidum Christo placidum, sapidum & expectatum: Ad prandium & ad pharisæi prandium. (Audiamus Diu. Petrum Chrysologum) venisse Christum, sollicitus forsitan miretur auditor: Pharisæi alium Christum intravit, non acerbis Iudaicos cibis, sed diuinam misericordiam largiturus, neque accubuit pocula separata mella, floribus adre sumpturus, sed penitentes lacrymis ex ipsi oculorum fontibus potaturus. Ad Pharisæi mensam venit Christus, non ut carnalibus repleret escu, sed ut in carne negotium coeleste monstraret: non ut probaret postea humanitas ante se, sed post se gesta dimissurus approbaret.

Omnibus in propatulo est, quod legitur de Samaritana. Prohinccebat Redemptor, nosker ieiunus festino gradu die quodam calidissimo à mane vsque ad meridiem, ex quo tantam contraxit lassitudinem ut coactus supra fontem refederit, lassumque corpus inclinaret: Expeditus indicauerunt Apostoli, ut illi de cibo prospicerent, quocirca ad ciuitatem cibos emptum diuertunt. Interim aduenit mulier Samaritana, cuius cor & anima Christo futurum erat ferculum longe sapidissimum. Loquitur cum illa & sermonem instituit, docet eam & illuminat, & eam que prius erat peccatrix infamis, sanctam efficit celeberrimam, & famelicus cibi animarum cor illi mouet, ut facta iam sua Apostola in ciuitatem renderet Samaritæ, ibique infidelium corda prepararet, & sedula predicaret. Interim cibum adferunt Apostoli & imitant: *Rabbi manduca: fatigatus es ex itinere, comede, sic precamur ad nostrum solamen. Hinc ista auferre respondet Dominus: Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis, mihi que iam sumpsi gratissimum. Turbamur Apostoli, & inter se colloquuntur: quid est quod loquitur nobis? an forsitan quis illi cibum attulit? Valete, respondet Christus: non enim me capitis loquentem: cibum enim mihi pergratus & quem sperando, non est ille quem mihi offertis, sed ille qui Patris mei gratus est voluntati: nempe, salus animarum: hæc sunt mihi fercula gratissima: *Mus cibus est ut faciam voluntatem Patris mei, qui misit me, ut perficiam opus eius.* Hic ille est, quo velcor, anima scilicet conuersa peccatricis, & quem exopto, opus est quod peragit in amara illam disponens, ut palato meo sapiat.*

Celestis solum sponsa sponsum suum inuitauit ut descenderet in hortum suum, in quo fructus coligat sapidissimos, poma, pira, cerasa, &c. alioque gustu suauissimos: *Veniat dilectus meus in hortum suum & comedat fructum pomorum suorum.* Acceptauit sponsus ille conuiuium, hortum ingreditur sponsa que loquitur, eia charissima, columba mea: ecce iam hortum ingressus sum. Videamus Domine, ad quem cibum manum adicias? Ad myrrham: *Veni in hortum meum soror mea sponsa: mesui myrrham meam.* An ergo quid magis amarum & ingratum palato? Dei te laret conditio: sic D. Petrus Chyfol. nulla re sic delectatus, ac myrrha penitentia amarissima, mox sit singulus, cordis contriti, & lachrymarum abundantium: *Deus delinquentium geminus sursus sicut lachrymas peccatorum.* Idcirco eam suam dicit: *Myrrham meam.* Quare hoc? Quia primo vera penitentia, illius opus est & diuinæ donum misericordie. Secundo: quia hic illi cibus tantopere placet ut illi satisfaciat: eo modo igno tu poma esturiens quando hortum ingrederis varijs fecundum fructibus: ais, meum pomum est.

An charissime Deo studeas epulum parare gratissimum? Tua sententia felix fuit ille Pharisæus in eo quod Christus illius acceptauerit epulas, domumque sit ingressus ad mensam seledit, & exclamas. Vinam tam faulta mihi fors obueneret ut illum inuitare possem, quam gratauer hoc facerem & illi deseruirem: Noueris in manu tua esse, illique te posse preparare nullum multo suauiore, quam quemcumque Pharisæus obulit. Quis ille Domine? Perfectus de tuis peccatis dolor, lachrymæ seruentes, contritionis & anime tue cruciatus indices, cor humiliatum: hic enim eius placet faucibus quem nunquam non recipit libentissime, *Cor contritum & humiliatum Deus non despicies.* Formula est loquendi: Domine hic tantopere pomis afficitur, ut quomodocumque illi dederis, illa comedat, & nunquam illis satietur. Attende, quam Deo bene sapiat cor contritum & vera penitentia contractum, ut quomodolibet hoc illi offeras, comedat ille que velatur, & nunquam fastidiat. Hic est ille missus, quem illi Magdalena deferebat, & ex quo ferculum illi preparat suauis, sapidum, oculos offerens illi lachrymis madidos, vultum rubore & verecundia, confusum, os pacis oscula pedibus illius infigens, [capillos ad mappulam, cor contritum, spiritum contribulatum. Ecce profero D. Gregor. *Ad Pharisæi prandium Dominus discumbere, sed apud penitentium* D. Greg. Ho. 33. in Ep. Evang.

Cant. 5.1.

1V.

Sponsus primos myrrham metit id est penitentiam peccatoris.

D. P. C. 13

Serm. 73

18

¶

Quærens fercula Deo maxime gratia sicut Ps. 50. 19.

D. Greg.

Ho. 33. in

Ep. Evang.

Q o o o o

mulierem mentis epulis delectabatur. Apud Phari-
sæum pascebatur foris, apud mulierem pascebatur
intus: plus mulier possitens pascebat intus quam
Pharisæus foris.

D. PETER.
CHRYS.
SERM. 98.

O quam est hoc admirabile cōiunium (excla-
mat D. P. Chrysolog.) quod illi præparat illa pec-
catrix: Mensa penitentia est: panis dolor: con-
dimenta eor illius contritum: potus suauissimus,
lachrymæ sunt: amarissimæ: Penitentia panis
mensam, fercula compunctionis apponit, panem do-
loris inserit, potum lacrymis temperat in mensura.
Nec crediderim, inquit, musicam hic defuisse
Dei auribus acceptissimam, nulla etenim quan-
tumvis bene ordinata, ita tuis placet auribus si-
cut suspiria plandus & gemitus Deo placebant:
nam solum ut eorum sonitus delectetur ad fene-
stram cæli se statuit, sicut tu domus tuæ fene-
stris infides, ut harmonia recreetis modulatissi-
ma. Dominus de celo in terram aspexit, ut audires
gemitus compeditorum. Cum igitur hæc illi fercu-
la, quæ præterit, ita sapiant, non est quod illa
curiosus inspicias, quibus abundat mensa Pha-
risæi: oculos tuos ad illa conuerte, quæ
mulier promit conuersa peccatrix. Ecce mu-
lier.

R. J. 101. 2.

Judæi, supra modum carnis sectabantur deli-
cias & terrenis delectabantur, quæ oculis placent
corporis & huic palato satisfaciebant. In rebus
diuinis parum profecistis. Extruitur templum
illud magnificum tantâ diuitiarum, auri, & ar-
genti copiâ ut totum mundum raperet in admi-
rationem. Multa in eo erecta sunt altaria affabrè
elaborata, ut hic offerentur panes, ibi vituli, ag-
ni, & columbæ in sacrificium, alibi in holocaustum,
alio in loco odores gratissimi & aromata
suauè fragrantia: his sibi quàm maximè compla-
cebant & mutuo colloquebantur: ò quæ antra vo-
luptate domum hanc veniet Deus inhabitatu-
rus, quâ nemo vidit eminentiorem! O quàm
illi grata fore speramus sacrificia & oblationes
in altaribus istis mensisque illi dedicat! O quàm
accepta erunt illi thymiamata & aromata precio-
sa! Illos auscultat Deus, iisque per Prophetam
Isaiam respondit. O capita cerebro vacua vos
omnes, iudicio laboratis omnes. Quamtu
tatis me totam hanc facere machinam quam vos
tantu æstimatis! Quo loco arbitrarim, repo-
nam ego hæc altaria vestra & mensas, eaque
omnia in illis mihi consecrata! An ignoratis
coelum esse mihi sedem, & terram angustum
pedum meorum scabellum! Quæ compara-
tio huius templi cum cælo! Quæ collatio to-
rum quæ agitis ad eius pulchritudinem. terræ-

VI.
Iudæi car-
nalia tan-
tum Deo,
non cor-
suum im-
molabant

que magnitudinem? Cælum sedes mea est, ter-
ra autem scabellum pedum meorum: quæ est ista
domus quam edificabitis mihi? & quæ est iste le-
cus quietis mea? An ego hæc omnia non feci,
& quæ facilitate hæc produxi, alia possum
mille millia creare meliora, perfectiora &
pretiosiora? Omnia hæc manus mea fecit,
&c. Et facta sunt uniuersa ista dicit Dominus.
Hoc dato scias hoc non esse, quod per se
mihi satisfacit, nec hic locus est in quo re-
quiesco, nec ardent oculis, nec placent car-
nes taurorum aut quæcumque in his mihi im-
molatis altaribus. Scire cupis quid magis fa-
ciam, & quo mihi solatur, in quid oculos meos
collimem, quid exoptem, quid mihi sapiat, &
ubi requiescam? Pauperculum aspicio, cui cor
dolore contritum est, qui sua deseret peccata,
eademque lacrymis emundat, meoque qui ti-
more refrenatur. Ad quem autem respiciam, nisi
ad pauperculum & contritum spiritu, & tremen-
tem sermonis meos? Hoc mihi sapit dulcius, at-
que ex his cibis fercula conduntur quibus ves-
cor, quemque pretendo, non palcor ijs quæ
mihi Pharisæus in mensa sua proponit: sed o-
culos meos reflecto, (tuque tuos conuerte simi-
liter) ad ea quæ mihi propinat mulier de corde
contrito & humiliato. Ex his argumentum
sumpsit quo reprehendat illos, qui toti intenti
erant in cibos illi offerendo carnales sacrificio-
rum vaccarum, arietum, ouium, auium & aro-
matum suauissimorum eius naribus: & tam lon-
gè aberant ut illi fercula cordis sui propinarent:
ut potius illud terrenis implerent affectibus, de-
siderijs & sensus appetitibus, honorum cupidi-
tate temporalium, proprii lucri auaritiâ, rancore
& odio erga illos qui sibi minimè placebant.
Auferte ista hinc inquit Dominus, hæc à conspe-
ctu meo seponite fercula: quia nedum mihi
non sapiunt quinimo potius cordis intima ad
vomitum provocant & fastidium. Qui immolat
bos, quasi qui interficit virum: qui machæt
pecus, quasi qui excerebrat canem: qui offert
oblationem, quasi qui sanguinem suillum offert
qui recordatur iburis, quasi qui benedicit idolo.
q. d. ex mente D. Cyrilli quem sequitur D.
Thom. tantum abest ut mihi vestra placeant
coniuiua: etenim illa quam mihi offertis vac-
ca trima, idem est ac si mihi assatam canem of-
ferretis: & similes, quam mihi donatis, san-
guinem æstimo porcorum, à quibus ita lex abhor-
ret.

que magnitudinem? Cælum sedes mea est, ter-
ra autem scabellum pedum meorum: quæ est ista
domus quam edificabitis mihi? & quæ est iste le-
cus quietis mea? An ego hæc omnia non feci,
& quæ facilitate hæc produxi, alia possum
mille millia creare meliora, perfectiora &
pretiosiora? Omnia hæc manus mea fecit,
&c. Et facta sunt uniuersa ista dicit Dominus.
Hoc dato scias hoc non esse, quod per se
mihi satisfacit, nec hic locus est in quo re-
quiesco, nec ardent oculis, nec placent car-
nes taurorum aut quæcumque in his mihi im-
molatis altaribus. Scire cupis quid magis fa-
ciam, & quo mihi solatur, in quid oculos meos
collimem, quid exoptem, quid mihi sapiat, &
ubi requiescam? Pauperculum aspicio, cui cor
dolore contritum est, qui sua deseret peccata,
eademque lacrymis emundat, meoque qui ti-
more refrenatur. Ad quem autem respiciam, nisi
ad pauperculum & contritum spiritu, & tremen-
tem sermonis meos? Hoc mihi sapit dulcius, at-
que ex his cibis fercula conduntur quibus ves-
cor, quemque pretendo, non palcor ijs quæ
mihi Pharisæus in mensa sua proponit: sed o-
culos meos reflecto, (tuque tuos conuerte simi-
liter) ad ea quæ mihi propinat mulier de corde
contrito & humiliato. Ex his argumentum
sumpsit quo reprehendat illos, qui toti intenti
erant in cibos illi offerendo carnales sacrificio-
rum vaccarum, arietum, ouium, auium & aro-
matum suauissimorum eius naribus: & tam lon-
gè aberant ut illi fercula cordis sui propinarent:
ut potius illud terrenis implerent affectibus, de-
siderijs & sensus appetitibus, honorum cupidi-
tate temporalium, proprii lucri auaritiâ, rancore
& odio erga illos qui sibi minimè placebant.
Auferte ista hinc inquit Dominus, hæc à conspe-
ctu meo seponite fercula: quia nedum mihi
non sapiunt quinimo potius cordis intima ad
vomitum provocant & fastidium. Qui immolat
bos, quasi qui interficit virum: qui machæt
pecus, quasi qui excerebrat canem: qui offert
oblationem, quasi qui sanguinem suillum offert
qui recordatur iburis, quasi qui benedicit idolo.
q. d. ex mente D. Cyrilli quem sequitur D.
Thom. tantum abest ut mihi vestra placeant
coniuiua: etenim illa quam mihi offertis vac-
ca trima, idem est ac si mihi assatam canem of-
ferretis: & similes, quam mihi donatis, san-
guinem æstimo porcorum, à quibus ita lex abhor-
ret.

Hoc dato scias hoc non esse, quod per se

mihi satisfacit, nec hic locus est in quo re-
quiesco, nec ardent oculis, nec placent car-
nes taurorum aut quæcumque in his mihi im-
molatis altaribus. Scire cupis quid magis fa-
ciam, & quo mihi solatur, in quid oculos meos
collimem, quid exoptem, quid mihi sapiat, &
ubi requiescam? Pauperculum aspicio, cui cor
dolore contritum est, qui sua deseret peccata,
eademque lacrymis emundat, meoque qui ti-
more refrenatur. Ad quem autem respiciam, nisi
ad pauperculum & contritum spiritu, & tremen-
tem sermonis meos? Hoc mihi sapit dulcius, at-
que ex his cibis fercula conduntur quibus ves-
cor, quemque pretendo, non palcor ijs quæ
mihi Pharisæus in mensa sua proponit: sed o-
culos meos reflecto, (tuque tuos conuerte simi-
liter) ad ea quæ mihi propinat mulier de corde
contrito & humiliato. Ex his argumentum
sumpsit quo reprehendat illos, qui toti intenti
erant in cibos illi offerendo carnales sacrificio-
rum vaccarum, arietum, ouium, auium & aro-
matum suauissimorum eius naribus: & tam lon-
gè aberant ut illi fercula cordis sui propinarent:
ut potius illud terrenis implerent affectibus, de-
siderijs & sensus appetitibus, honorum cupidi-
tate temporalium, proprii lucri auaritiâ, rancore
& odio erga illos qui sibi minimè placebant.
Auferte ista hinc inquit Dominus, hæc à conspe-
ctu meo seponite fercula: quia nedum mihi
non sapiunt quinimo potius cordis intima ad
vomitum provocant & fastidium. Qui immolat
bos, quasi qui interficit virum: qui machæt
pecus, quasi qui excerebrat canem: qui offert
oblationem, quasi qui sanguinem suillum offert
qui recordatur iburis, quasi qui benedicit idolo.
q. d. ex mente D. Cyrilli quem sequitur D.
Thom. tantum abest ut mihi vestra placeant
coniuiua: etenim illa quam mihi offertis vac-
ca trima, idem est ac si mihi assatam canem of-
ferretis: & similes, quam mihi donatis, san-
guinem æstimo porcorum, à quibus ita lex abhor-
ret.

Ad quid ò Domine hæc effaris! Hæc omnia
elegerim in visis suis, & in abominationibus suis
ani-

VII.
Talia
Deus sa-
crificia
delectatur

Isa. 66.

Isai.

nam pauperi, cor tuum Deo conignes: quando lingua vacat oratione, vacet & simul ipsa anima: porro si diuidas vt dano mihi exteriora, cor & animam diabolo dedices, mihi que carnis fercula propinando misisque corporales, condimenta vero diabolo, mundo, & carni offeras usque voluptatibus, cupiditatibus, lucri & odijs, nullatenus mihi grata sunt. Sicut nec mihi satisfaciunt fercula dapesque Pharisei, illæ vero plurimum quas illa mulier mihi adducit: etenim eas componit ex animo contrito, & anima dolorosissima. Has epulas Deus magni facit, & cum vt illis vescatur, quando sibi mulier illa est propofitura, ad mensam recumbat Pharisei: Pharisei dapes omite, & oculos in illam tuos conijce peccatricem: Ecce mulier.

*Id. 10. de
ciu. cit. 6. 6*

XI.

*Quenam
hostia*

Deo pla-

acet.

Roma. 12. 1.

Obsecro

ut probetis

quæ sit voluntas Dei.

Ex ipso vita procedit:

nec spiritum habuit nec animam: hæc est quæ viuificat: spiritus est qui viuificat: nec sanctum fuit: quia de corde auti cupido & auaro consecraturum fuit, nec Deo gratum: non enim illi meta placent exteriora, nisi iungatur illis & anima.

Circa quæ multa eaque præclara scribit Diuus Augustinus & nos alijs locis multa retulimus.

¶ 8. Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix. Hæc peccatrix fuit Maria Magdalena, soror Lazari & Marthæ: & quantum nonnulli eius crimina diminuunt, tantum gloria gratia Dei detrahunt.

¶ Non est quod hæreamus in asserendo, quænam fuerit hæc mulier, quia licet quæstio ventiletur, in qua diuersæ proponuntur opinionones, & ipsi Doctores diuersi modo sentiant: communis tamen eorum in hoc conuenit, quod

fuerit illustris illa Domini Maria Magdalene soror Lazari & Marthæ, & S. Ecclesia in tantum huic fauet opinioni, vt opposita non sit secuta: quandoquidem in eius officio multis modis hoc fateatur, in hymnis, antiphonis, & lectionibus. Nec similiter nobis moram iniicere debet scire, quænam fuerit illa ciuitas in qua mulier hæc ita liberè suæ vacabat libidini & publicè peccatrix audiebat. Ex eo quod D. Chryostomus & D. Ambrosius credunt hunc fuisse eundem Simonem illum de quo loquitur Euangelium cum eo qui in Bethania morabatur circa Hierusalem, in cuius ædibus Dominus noster sexti duo ante mortem suam cenam sumpsisse perhibetur: vbi similiter denotat habitasse Lazarum eiusque sorores: rit hic multorum opinio est ciuitatem fuisse Hierusalem & suis probabiliter: quia Euangelista illam nominat cum articulo *In ciuitate illa*, vt patet in textu originali: & manifestum est quod ciuitas quæ absolute hoc nomine vocatur, erat hæc ciuitas Hierusalem. Ita Christus discipulis suis: *Ita in ciuitate illa* ad quam videns Iesus ciuitatem, & D. Augustinus arbitratum fuisse Naim ciuitatem Galilææ in qua Christus de phereto resuscitauit adolescentem viduæ filium, quo peracto miraculo & alijs à Saluatore narrat hanc Euangelista historiam.

Quantum intelligo D. Marc. testatur Magdalenam oriundam ex prouincia Galilææ: nam describens mulieres quæ Christum ad crucem usque sequebantur, sic ait: *Erant autem & mulieres de longè aspicientes, inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris, & Iosaph marter, & Salome & cum esset in Galilæa sequebantur eum, & ministrabant ei.* Hoc idem dicit Euangelista Lucas huius auctor historie: *Subsecuta autem mulieres, quæ cum eo venerant de Galilæa.* Hoc dato videtur, quod illæ domicellæ & frater Lazarus erant Galilæi ex ciuitate Naim, & in Christi sequela comites descenderint in Bethaniam circa Hierusalem, vbi Christus cõmuniter residebat & prædicabat, atque ea occasione aliquando ad domum illam diuertebat, vbi morabantur in Bethania nec ibidem propriam habebant: quandoquidem cena quam in illa Domine præpararunt, testibus Euangelistis, in domo fuerit instructa Simonis leprosi, quo nomine illum vocando, quia ex quorundam opinione leprosus fuerat, & illum Saluator à lepra mundauerat, alius videtur ab hoc, de quo hodiernum Euangelium, qui dicitur fuisse Phariseus dignitate præcellens: & namque leprosus fuisset, non hoc silentio recessissent Euangelistæ. Itaque Lazarus eiusque

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶